

CAPÍTULO III.

Aristides es tesoro del erario público : muere pobre. (Año 2 de la olimpiada LXXVIII, 467 antes de J. C.)

Ad classes ædificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est qui constitueret¹. Ejus arbitrio² quadringena et sexaginta talenta quotannis Delum³ sunt collata : id enim commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore⁴ Athenas translata est. Hic quæ fuerit abstinentiâ nullum est certius indicium, quàm quòd, quum tantis rebus præfuisset, in tantâ paupertate decessit, ut qui efferretur⁵ vix reliquerit. Quo factum est ut filiae ejus publicè⁶ alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur⁷. Decessit autem fere post annum quartum quàm Themistocles Athenis erat expulsus.

¹ Qui constitueret. Para tasar.

² Ejus arbitrio. Por su disposicion.

³ Delum. Isla la mas famosa de las Cícladas, especialmente por el templo de Apolo, en el cual, como en erario comun, se depositaban los caudales, y se daban por seguros por el respeto à la religion.

⁴ Postero tempore. Despues, ó con el tiempo.

⁵ Qui efferretur. Con que ser enterrado.

⁶ Publicè. A expensas del público.

⁷ Collocarentur. Tomasen estado.

IV.

PAUSANIAS,

HIJO DE CLEOMBROTO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Victoria que alcanza contra Mardonio, con la que se llena de orgullo. (Año 2 de la olimpiada LXXV, 479 antes de J. C.)

Pausanias, Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vite fuit : nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus¹. Hujus illustrissimum est prælium apud Plataeas : namque, illo duce, Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos virilim legerat², et viginti millibus equitum, haud ita magnâ manu Græciâ fugatus est; eoque ipse dux³ cecidit prælio. Quâ victoriâ elatus, plurima miscere cœpit⁴, et majora concupiscere. Sed primùm in eo est reprehensus, quòd ex prædâ tripodem⁵ aureum

¹ Vitiis est obrutus. Se envileció con los vicios.

² Quos virilim legerat. Que él mismo habia escogido cada uno de por sí.

³ Ipse dux. Mardonio.

⁴ Plurima miscere cœpit. Empezó á revolverlo todo.

⁵ Tripodem. Tripode, ó banco de tres piés, en que se solia sentar la sacerdotisa para dar los oráculos.

Delphis posuisset, epigrammate scripto¹, in quo erat hæc sententia : SUO DUCTU² BARBAROS APUD PLATEAS ESSE DELETOS, EJUSQUE VICTORIÆ ERGO³, APOLLINI DONUM DEDISSE. Hos versus Lacedæmonii exculpserunt⁴, neque aliud scripserunt quàm nomina earum civitatum quarum auxilio Persæ erant victi.

CAPÍTULO II.

Pausanias toma á Bizancio, y da libertad á los prisioneros persas, enviándolos al rey Jerjes. (Año 4 de la olimpiada LXXV, 477 antes de J. C.)

Post id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum⁵ atque Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus barbarorum præsidia depelleret. Pari felicitate in eâ re usus⁶, elatius se gerere cœpit, majoresque appetere res. Nam quum, Byzantio⁷ expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis effugisse; et cum his Gongylum Eretriensem⁸, qui

¹ *Epigrammate scripto.* Habiendo puesto una inscripcion.

² *Suo ductu.* Bajo su mando.

³ *Ejusque victoriæ ergo.* Y en memoria de esta victoria.

⁴ *Exculpserunt.* Rayeron.

⁵ *Cyprum.* La isla de Chipre sobre el Mediterráneo.

⁶ *Pari felicitate in eâ re usus.* Igualmente feliz en esta expedicion.

⁷ *Byzantio.* Ciudad de Tracia, llamada Constantinopla desde que la reedificó Constantino el Magno.

⁸ *Gongylum Eretriensem.* Confidente de Pausanias, y natural de Eretria.

litteras regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoriæ prodidit : « Pausanias, dux » Spartæ, quos Byzantii ceperat, postquam propin- » quos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque » tecum affinitate conjungi cupit¹. Quare, si tibi » videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id si feceris, » et Spartam et ceteram Græciam sub tuam potesta- » tem se, adjuvante te, redacturum pollicetur. His » de rebus si quid geri volueris, certum² hominem » ad eum mittas face³, cum quo colloquatur. » Rex, tot hominum salute, tam sibi necessariorum, magno- » pere gavisus, confestim cum epistolâ Artabazum⁴ ad Pausaniam mittit, in quâ eum collaudat, ac petit ne cui rei parcat ad ea perficienda quæ pollicetur : si fecerit, nullius rei a se repulsam laturum. Hujus⁵ Pausanias voluntate cognitâ, alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto⁶ domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; multatur tamen pecuniâ. Quam ob causam ad classem remissus non est.

¹ *Tecum affinitate conjungi cupit.* Desea emparentar contigo.

² *Certum.* De quien se pueda fiar.

³ *Face.* Ya no se usa sino *fac*.

⁴ *Artabazum.* Capitan que habia sido en el ejército de Jerjes.

⁵ *Hujus.* Del rey de Persia.

⁶ *In quo facto.* Estando manejando este negocio, ó mientras tramaba esto.

CAPÍTULO III.

Pausanias adopta las costumbres extranjeras : es metido en la cárcel. Subleva á los Iotas.

At ille, post non multò, suâ sponte ad exercitum rediit, et ibi non callidâ, sed dementi ratione, cogitata patefecit¹. Non enim mores patrios solùm, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste medicâ²; satellites medi et ægyptii³ sequebantur; epulabatur more Persarum, luxuriosius⁴ quàm qui aderant perpeti possent : aditum petentibus conveniendi non dabat; superbè respondebat, et crudeliter imperabat. Spartam⁵ redire nolebat : Colonas⁶, qui locus in agro Troade est⁷, se contulerat; ibi consilia quum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii rescierunt, legatos ad eum cum scytalâ⁸ miserunt, in quâ, more

¹ Non callidâ, sed dementi ratione, cogitata patefecit. No usando de reserva, sino con una especie de locura, empezó á descubrir sus designios.

² Veste medicâ. Se vistió el traje de Medo, ó á la Persiana.

³ Satellites medi et ægyptii. Alabarderos medos y egipcios.

⁴ Luxuriosius. Mas ostentosamente.

⁵ Spartam. Esparta, capital de la Lacedemonia.

⁶ Colonas. Lugar así llamado, desde que allí se fundó una colonia.

⁷ In agro Troade. País del Asia menor, no muy distante del Helesponto.

⁸ Cum scytalâ. Con la carta de oficio, mandándole que volviese. Así se llamaba la carta con que en nombre de la república se mandaba á los Lacedemonios ausentes que

illorum, erat scriptum : « nisi domum reverteretur, » se capitis eum damnaturos. » Hoc nuntio commotus, sperans se etiam tum pecuniâ et potentiâ instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab ephoris¹ in vincula publica conjectus est : licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi². Hinc tamen se expedivit : neque eò magis carerebat suspicione; nam opinio manebat eum cum rege³ habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod *Helotes*⁴ vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere fungitur. Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed, quòd harum rerum nullum erat apertum crimen quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari, sed expectandum, dum se ipsa res aperiret.

volviesen á la patria. Algunos son de parecer que estas cartas iban escritas en cierta cifra, que ellos entendían.

¹ Ab ephoris. Magistrados, cuya principal incumbencia era velar sobre aquellos que en la república daban señas de aspirar á la soberanía.

² Regi. Al que se trata como rey.

³ Cum rege. Con el rey de Persia.

⁴ Helotes. Llamábanse así del país de Helos, situado hácia la marina. Su condicion era, al parecer, media entre los libres y los esclavos. Servian para el cultivo de la tierra.

CAPÍTULO IV.

Pausanias escribe á Artabazo : su carta es entregada á los éforos. Estratagema de que estos magistrados se valen para hacerle confesar su crimen en el templo de Neptuno en Ténaro.

Interim Argilius quidam, adolescentulus, quum epistolam a Pausaniá ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset aliquid in eá de se esse scriptum, quòd nemo eorum rediisset, qui super tali causá eòdem missi erant, vincula epistolæ laxavit, signoque detracto¹, cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistolá quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco : nam ne hujus quidem indicio impulsus sunt, ut Pausaniam comprehenderent; neque prius vim adhibendam putaverunt, quàm se ipse indicasset. Itaque huic indici², quid fieri vellent, præceperunt. Fanum Neptuni est Ténari³, quod violari nefas putant Græci. Eò ille index confugit; in ará consedit. Hanc juxta, locum⁴ fecerunt sub terrá, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio; huc ex

¹ *Vincula epistolæ laxavit, signoque detracto.* Además del sello que ponian, solian antiguamente atar las cartas con una especie de cinta. Algunos dicen que era de lino.

² *Huic indici.* A Argilio, que dió el aviso.

³ *Ténari.* Promontorio del Helesponto en la Caonia.

⁴ *Locum.* Un hoyo.

ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audivit Argilium confugisse in aram, perturbatus eò venit : quem quum supplicem dei¹ videret in ará sedentem, quærit, causæ quid sit tam repentino consilio. Huic ille quid ex litteris comperisset aperit. Modò magis Pausanias perturbatus, orare cæpif ne enuntiare², nec se, meritum de illo optimè, proderet. Quòd si eam veniam sibi dedisset³, tantisque implicatum rebus sublevasset, magno ei præmio futurum.

CAPÍTULO V.

Pausanias se refugia en un templo consagrado á Minerva. Tapian los éforos la puerta, y muere de hambre.

His rebus ephori cognitis satius putaverunt in urbe eum comprehendi. Quò quum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur⁴, in itinere, quum jam in eo esset ut comprehenderetur, ex vultu cujusdam ephori, qui eum admoneri cupiebat, insidias sibi

¹ *Supplicem dei.* Clamando al dios Neptuno.

² *Ne enuntiare.* Que no descubriese nada.

³ *Quòd si eam veniam sibi dedisset.* Que si le hacia esta merced.

⁴ *Quò quum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur.* Adonde habiendo partido ellos, y volviendo el mismo Pausanias despues de haber, como creia, aquietado á Argilio. Este lugar ha parecido obscuro, porque algunas ediciones omiten la conjuncion *et* antes de *Pausanias*; pero poniéndola, cesa la obscuridad.

fieri intellexit. Itaque, paucis antè gradibus¹, quàm qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ *Chalciæcus*² vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quò faciilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque, jam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis³, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte⁴ maculavit. Hic quum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eòdem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati⁵, displicuit pluribus; et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius dei delphici⁶ responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

¹ *Paucis antè gradibus.* Pocos pasos antes.

² *Chalciæcus.* De metal. Llámase así de una voz griega que quiere decir casa de metal. Algunos son de parecer que todo el templo era de metal; pero mas creible es que las paredes por dentro tuvieran planchas de bronce.

³ *In primis.* Fué una de las primeras personas.

⁴ *Turpi morte.* Con una muerte vergonzosa.

⁵ *Inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati.* Que se habia de enterrar en donde se enterraban los ajusticiados.

⁶ *Dei delphici.* De Apolo Dèlfico. Dicese que en el mismo lugar, para aplacar á Apolo, levantaron los Lacedemonios dos estatuas á Pausanias.

V.

CIMON,

HIJO DE MILCIÁDES, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cimon, detenido en la cárcel por causa de su padre, es puesto en libertad por la generosidad de su mujer.

Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adolescentiæ¹. Nam, quum pater ejus litem æstimatam² populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, quâ pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpiniceni non magis amore quàm more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus³ quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis⁴ fecerat, egit cum Cimone ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam

¹ *Duro admodum initio usus est adolescentiæ.* Experimentó fuertes trabajos en los primeros años de su juventud.

² *Litem æstimatam.* Véase la vida de Milcíades, cap. 7.

³ *Non tam generosus.* No tan noble.

⁴ *Ex metallis.* De las minas.